THEOPHILI INSTITVTIONVM IVRIS CIVILIS LIBRI IIII.

D. Iacobo Curtio Brugenſi Iuriſconſulto Interprete.

In quibus multa, quæ in aliarum editionum libris vel deerant vel corruptè legebantur, adhibita Græcarum Inſtitutionum collatione ſunt reſtituta.

Obſeruationes in Theophilum, cum Argumentis in ſingulos Paragraphis.

[redacted]

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA · MANCA

LVGDVNI,

Apud Hæredes Iacobi Iunctæ.

M. D. LXIIII.

AMPLISSIMO, CLARISſimóque viro, D. Iacobo ab Haleuinio, Equiti Aur. Domino de Maldekem, Uuikercke, Lambeke, &c.

IAC. CVRTIVS S.

QVVM impellentibus huc amicis, V. C. editionem horum librorum adornarem, quiduis potiùs in animo habebam: quàm vt cuiquã eos dicarem: propterea, quòd nihil in ijs meum viderem præter verba, hoc eſt, rem adeò leuem ac nihili, vt inde natum ſit prouerbium de ijs, qui compoſita in fraudem oratione falſa pro veris obtrudunt, quòd verba dare dicantur. Et ecce repentè frequens accurrit ex latere turb[illegible]lantium, hominem eſſe me putidum, [illegible]ſticumq́; ac planè indignum, qui literas norim: quòd tenebras quæram, famemq́; detrectem, ac lucem ſperare non auſim. Quod quantũuis falsò dicatur (nã quomodo is qui in vulgus aliquid edit, ſperare poſſet vt lateat?) authoritas tamen ipſorum velut de gradu ſententia, quam inſtitueram tenere, me deiecit. Quid enim facerẽ? quum præſertim ex eo numero eſſet Dammius tuus: qui quia ipſius iuſſu hanc omnem rem pri-

IMPERATORIS *Iuſtiniani Auguſti Conſtitutio, qua inſtitutiones confirmantur, approbanturq́;*

ARGVM.

Imperaturo ſanctè, ac rempublicam rectè moderaturo, non armorum modo, verum etiam legum preſidijs opus: vt tempore vtroque, pacis nimirum ac belli commodè præſit.

IMPERATORIAE maieſtati proprium eſt, non ſolùm armis decorari, ſed etiam legibus armari: vt vtrunque tempus, & belli & pacis rectè gubernetur: ac princeps Romanus victoriam reportet, non tantùm fuſis congreſſu hoſtibus nomen ſibi comparans, ſed etiam per legales adinuentiones calumniatorum iniquitates expellens. Atque tam Iure conſtituendo venerabilem ſe præbeat, quàm de victis hoſtibus triumphet.

ARGVM.

Arma & leges ex æquo Imperator amplexus, vtrunque ſummis vigilijs curáque confecit, ac deinde ex triplici Codice, vnum ſuo nomine decoratum concinnauit.

Horum vtranque viam cum ſummis vigilijs, maximáque rerum futurarum prouidentia, Deo iuuante Imperator noſter confecit. Et bellicos quidem ſudores eius Barbaræ gentes ſub iugum miſſæ teſtantur, re ipſa fortiorem potentiorémque §. Quor vtraque.

exper

IN THEOPHILI INSTITVTIONES NOTAE,

Ex Franciſci Hotomani & Iacobi Curtij libris collectæ.